



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

17 De Interim interdicto Hispanico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

CAPVT XVII.

De illo interdico, quod practici apud Hispanos, Interim appellant.

SVMARIA.

- 1 Interdictum hoc, que practici appellant, unde originem dixerit, & in quo differat ab interdico, vti possidetis.
- 2 Sententia lata super hoc interdico, vere proprie interlocutoria est.
- 3 Hoc interdico omnino requirit possessionem, & que possessio requiratur, ut m. s. ac xum. 6.
- 4 Summaria tantum cognitio est ad huius interdici pronuntiationem necessaria.
- 5 Possessio civilis an sufficiat ad obtinendum in hoc interdico.
- 6 Interdictum hoc an sit concedendum possessori cui res sit iuris communis praeiudicet.

Forensis vsus hactenus optime Lector, obtinuit, vt pendente lite, & exposito principali libello, iudicio oblatum, petatur ab eodem iudice, quod dum ipsa causa & controuersia diffinitur, & interim pendet, actor vel reus defendatur, minimeque turbetur in ea possessione, qua tempore motae litis obtinebat: atque ita frequenter pronuntiaci consitit, praesertim apud suprema Castellanae Reipublicae tribunalia. Haec vero interlocutio, licet similis videri possit interdico, vti possidetis: maxime tamen ab eo distat. Cuius rei ratio consideratur ex hoc quod interdico, vti possidetis, quandoque principaliter proponitur, quandoque lite pendente super proprietate in iudicio deducitur, ac vere possessionem respicit, de eaque, & super ea pronuntiandum est. Ita quidem Iurisc. consulti scribit in l. r. §. hoc interdico. ff. vti possidetis. Hoc interdico de soli possessore scriptum est quem potiore praetor in soli possessione habet, & est prohibitorium ad retinendam possessionem. Subdit deinde: Inter litigatores ergo, quoties est proprietatis controuersia, aut conuenit, vter possessor sit, vter petitor, aut non conuenit, si conuenit, absolutum est, & ille possessoris commodo, quem conuenit possidere: iste petitoris onere fungitur. Sed si inter ipsos contendatur vter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat: tunc si res soli sit de cuius possessione contenditur, ad hoc interdico remittitur. haec Vlpianus, ex quo in §. huius autem, & in §. est igitur, apparet, hoc interdico retinendae possessionis, etiam nulla lite pendente posse decerni, ne quis turbetur in possessione. Not. gloss. in verbo, de proprietate, & ibi Doct. in §. retinenda. Insuper, de interdico, hoc autem nostrum interdico non eo tendit, vt sententia, super possessione feratur nec in eo agitur, vt diffinitio pronuncietur quis possessor: nec est necessarium litem super proprietate pendere, vt peti possit, sed hoc tantum agitur vt lite pendente qui vere sit in possessione, minime in ea turbetur, abique prauidicio iuris litigantium tam in possessione, quam in proprietate, ne contingant inter litigantes offensae, rixae vel iniuriae. Quamobrem pronuntiaci inter locutio quaedam, que iubet pendente lite abique prauidicio possessionis & proprietatis, actorem, vel reum in ea possessione defendi, quam tempore motae litis obtinebat, ac prohibetur aduersarius ei vim super ea possessione inferre, eumque turbare: exponiturque expressim ipsius possessionis qualitas, nec incertum sit hoc interdico. Cuius equidem praxis origo deduci solet à Iurisc. consulti responso in l. equi sumum. ff. de vsu fructu. quo decisum extat, iudicis officio in cumbere ita rem componere inter litigantes, vt ad arma & contentionem priuatam minime accedant: cuiusque responsi ratione tradidere multa post alios Curtius Senior in consil. 60. Paul. Paris. consil. 160. lib. 4. Gratius consil. 10. numer. 9. his accedit text. in liberis. §. vltim. ff. de lite. caus. qui probat oportere summam tractari de possessione liberatis, vel seruitutis, vt consistit, quis actor sit, quis reus, & quid sit lite pendente agendum. Est & elegans haec de re Iacobi Butrigarii sententia in l. incerti. Cod. de interdico. qui praxim istam in specie docuisse videtur Bald. item in lib. vltim. numero 10. Cod. de ead. diu. Adria. tollen. versicul. tertio premittit. Lanfranc. in rubric. de caus. posses. & proprie. column. 9. versicul. prima conclusio. Sed & eius interdico, quo modo vtitur, & quod vsu iam diu probatum est, meminere Paulus Castrensis in consilio tertio in 4. in causa, qua versitur coram domino vicario potestatis Pergami.

lib. 2. Capycius in Neapol. dec. 13. & 55. ac iterum dec. 139. & 209. idem apud Gallos pailsim pronuntiaci: vt tradidit Aufferer in stylo parlamentari. titul. de causa nouitatis & Mailuerus vir maximè apud Francos autoritatis in practica, tit. de possessio. Ita enim is scribit, partibus auditis conuenerunt partes petere recedentiam pendente lite, & interdum, & potissime in materia pascuorum, in qua agitur de magno commodo, vel incommodo, conuenit curia ordinarie, quod testes examinentur sub certo & breui numero, quorum attestaciones recipiunt, vt valeant tam super recedentia, quam super principali. Earundem tamen attestacionum non fiet publicatio, quouique Iniqua fuerit facta super principali negotio. Haec Mailuerus, quae etiam colliguntur ex Aufferio in d. titul. de causa nouitatis: est profecto pulchra & insignis pontificia decretalis responsio, quae forensim istum vsum acquisitum ac iustissimum facit in eap. cum venissent. de instit. quo in loco extat interlocutoria sententia ad hoc vt lite pendente ille defendatur in possessione, penes quem est ipsa possessio. atque ibi Innoc. Abb. colum. penultim. Card. Imol. & alii hoc ipsum adnotarunt. Quod si propriam vim huius interlocutionis quis spectet, apertissime eam interdico dicere poterit, vel ex eo, quod prohibeat turbari lite pendente possessionem illius, qui tempore motae litis possidebat: Nam interdico significat prohibere, ac vetare quemadmodum ex quibusda testatur Iustinianus in §. summa. versic. sunt tamen, institut. de interdico. & nos idem probauimus in cap. Alma mater 2. elect. par. §. 1. At si eiusdem Iustiniani autoritas recipiatur, dum asserit, interdico etiam proprie dici relictoria, vt tandem omnia prohibitoria, & relictoria, interdico appellentur, quasi inter duos dicta, vt in cod. §. summa. versicul. vltim. constat, poterit haec practica interlocutio interdico dici: quasi inter duos dictum, tamen haec sit potius allusio vocabuli, seu vocis similitudo, quam vera dictionis etymologia: quod & de testamento idem Iustinianus explicuit in princip. institut. de testam. Est haec in re quod non immerito sit obseruandum ad praesentis tractatus expeditorem intellectum. Nam interdico proprie dicitur quo praetor aliquid iubet, vel vetat non perpetuo, sed ad tempus: donec pleniore iudicio de iure petitori quaratur quasi interim dictum. Quemadmodum ex Iulio Paulo l. b. §. sentent. titul. de interdico. adnotauit Andre. Alciatus libro 3. parerg. capit. 15. idque & testimonio Ciceronis probat ad Herennium lib. 2. capitul. 2. inquit enim is: Verum horum pueriles opiniones relictis rationibus cum vobis resellimus: in praesentia haec interdico non alienum fuit. Haec Cicero, apud quem interdico Alciatus interpretatur interim dicere, non tamen est pretermittendum, locum istum aliter legi: nempe hoc modo: haec interfere: & à quibusdam, haec interim dicere. Sic enim ex Petri Victorii castigatissimis codicibus legitur. Id vero quod Alciatus adnotauit ex libro 5. Sententiarum Iulii Pauli, potius est ex interpretationibus Anniani viri spectabilis, qui Alarici Gothorum Regis iussu codicem Theodosianum, instituciones Cali. & Pauli sententias in epitomen deduxit. Hinc denique vulgus appellat hanc interlocutionem Interim aut entre tanto. Ad cuius ampliorem cognitionem plurima sunt explicanda, ex quibus facilius quibus percipiet vim, & vtilitatem huius forensis vsus, qui potissime conducit ad sedandas plurius litigantium molestas contentiones.

Primum ex his apparet, sententiam hac de re latam, proprie ac vere interlocutoriam esse: cu ea pronuncietur, & vt effectum habeat lite pendente, donec super proprietate, vel possessione lis ipsa principalis fuerit definita. Quod expressim notat Paul. Castrensis in d. consil. 3. col. 2. idem probatur in d. eap. cum venissent. ac fatentur omnes, qui huius forensis vsus meminere. Praesertim hoc apparet, quia haec interlocutio ab ea ratione procedit, quod lite pendente nihil sit in nouandum. Atque ita in formula huius interdico Hispani huius vtuntur verbis, Entre tanto, que este pleyto se vea, y determina diffinitiuamente: si per iuzio del derecho de las partes en posesion y en propiedad. Quibus item verbis vtuntur Neapolitani, scilicet Capycio in d. dec. 55. vlti. col. & 89. n. 11.

Quo fit, vt hoc interdico, hoc enim nomine appella bo quod vulgo Interim, o entre tanto, dicimus, habeat locum, & obtineat in causa & lite possessorii, in qua de possessione agitur. Est etenim ratio manifesta qua si haec interlocutio tantum habet effectum, donec feratur sententia diffinitiuam, lite pendente, abique prauidicio possessionis



& iuris actori, vel reo pro ea competentis, deducitur euidenter hoc remedium, vel auxilium esse itidem admittendum in lite, & controuersia possessorii iudicium: cum per id nullum præiudicium sententiæ ferendæ in eodem iudicio definitiue fiat, nec ei quidquam obstat. Quod palam ostendit Paul. Cast. in d. consil. 3. col. 1. idemque præmittunt omnes practici, quorum modo meminimus ad hoc interdictum iure probandum.

3 Secundo, cauere debet omnino qui petit hoc interdictum, ne asseueret, se expoliatum possessione fuisse ante litē motam, aut possessionem eo tempore penes aduersarium esse. Nam hoc interdictum quatenus est simile interdicto, *ut possidetis*: possessionem requirit, nec datur nisi possidenti. l. 1. §. huius interdicti. ff. vii. poss. maxime quia rationem habet ab eo iure quo prohibetur quid lite pendente nouari: & ideo tenetur probare agens hoc remedio, se possidere nunc, aut saltem possedisse tempore motæ litis, & ab alio turbari eâ possessionem. Siquidem hoc sufficeret, tametsi in proprio ac vero interdicto, uti possidetis, probanda sit præsens possessio, & turbatio. Hæc sane admonitio fit, & colligitur ex Aufserio in dicto stylo, tit. de causa nouit. Io. Fab. in §. retinenda. n. 27. in d. de interd. Petr. Rebuff. 3. tomo super leges Regiar. tit. de materia possessorii. art. 1. in princ. & artic. 2. gloss. 3. versic. cauere tamen debet impetrans causam nouitatis. Quo ad interdictum autem, uti possidetis, quod diximus traditur à Bart. in l. 1. §. uti possidet. gl. & Dd. in cap. licet causam. probat gl. in l. extat. ff. quod meius caus. late Alex. in consil. 88. lib. 5. col. 1. qui tradit esse necessariam ad interdictum, uti possidetis, possessionem tempore litis contestatæ, ex Bart. & aliis probat tex. in §. quorum, Insit. de interd. tit. quod si rationem nostri interdicti consideremus, profecto necessaria est, & sufficit probatio possessionis tempore motæ litis, ut qui eo tempore possidebat, lite pendente defendatur in possessione. Idem ipse censo quoad interdictum, uti possidetis: nam satis erit, quod eo agens possideat tempore litis motæ, vel turbationis, possessione: præsumitur enim & tempore litis contestationis possidere, ut tandem obtinere possit, atque ita intelligo quæ Alex. adducit, & adnotauit in d. consil. 88. & suffragatur tex. in d. licet causam. & in d. §. retinenda & in d. l. 1. §. uti possidet. quod & inferius tantisper repetam versic. 12.

4 Tertio erit hoc in tractatu obseruandum, quod ad pronuntiandum hoc interdictum præmittenda est summaria causæ cognitio: cum alioqui, si de principali interdicto, uti possidetis, ageretur, esset abhibenda plenaria causæ cognitio est ad hoc elegans text. in d. cap. cum venissent. de insit. cui accedit l. liberis. §. vii. ff. de libe. caus. noi. Bartol. in l. nam. & postea. §. si minor. ff. de iureiurand. in specie fatentur hoc ipsum Paulus Cast. in d. consil. 3. & alii practici iuniores, quorum paulo ante mentionem fecimus. Nam & Masuerus in d. tit. de possessorii. n. 24. testatur semper hoc cauere, & decerni, ut in hoc interdicto summarim procedatur breui numero testium & intra breue tempus. Nos eadem vitmur cautela: quippe qui mandamus examinari quinque testes producendos à reo, & quinque ab actore: ac deinde alios quinque ex officio de re, & causa interrogari à commissario tabellione, quos ipse elegerit, & cognouerit testimonium pleniorem, ac verius super controuersia quæstione dicturos.

Quartum ex præmissis deducitur, Probationem istam summariam, si reproducatur, aut præsentetur, quoad principale ius litis, finē facere, atque ei dandam esse authoritatem, etiam sine noua examinatione & ratificatione testium: quia licet summaria sit, fuit tamen probatio ista facta parte præsentate, vel citata: non autem ea absente. Quod eleganter Paul. Castrenf. admonet & notat in d. consil. 3. 2. lib. col. 2. maxime n. 7. imo quoties cōsidero quantum momenti tribuat vsus, & quasi possessio in acquisitionibus iurium & rerum: & hanc probationem fieri pendente iudicio principali: esseque admodum connexam eidem, mihi maxime persuadeo. huius probationis testes, etiam absque expressa reproductione: cum sit satis tacita ipsa representatio sufficiens: plurimum conducere ad iuris principalis, de quo litigatur, probationem.

Quintum est præterea aduertendum, quod probationes factæ ad hoc interdictum non sunt quoad solennitatē, vel plenariæ iudicandæ, nec censuræ. non enim sunt seruanda ea, quæ iure in plenariis requiruntur. Vnde non fit publicatio earum probationum, nec testium: sicut satis est vsu fortassis obnotum.

Sextum ad hæc accedit, quod in hoc summario iudicio non est concedenda in integrum restitutio minori vel similibus personis ad probandum si intra diem, & terminum præfixum nihil probauerint, nullamque probationem fecerint, aut quæ necessaria sunt ad obtinendum hoc interdictum minime probatione iusta, & sufficienti ostenderit, & in iudicio deduxerint. Hoc sane multis adductis similibus disputat in specie Anton. Capic. in Neapol. decis. 13. vbi testatur in Regio Neapolitano pratorio bis fuisse hoc in casu negatam restitutionem, quam nec peti, nec concedi vsquam ipse vidi hoc in Granatenf. Auditorio. tametsi minor lesus in iudicio possessorio, quod principaliter tractatur, sit restituendus, gl. in l. 1. C. si de momenti. posses. not. Doct. præsertim Bal. in l. 3. C. qui perso. legiti. standi in iudicio habeant. Quibus adde Tholosa. decision. qua. 106. & Mauritium de restitutione. 273. qui & Aufser. in dict. q. 106. idem tenuerunt. & ex antiquioribus optime Bar. Bal. col. vii. & Saly. in d. l. mica. C. de men. pos. l. in l. 1. n. 110. ff. de iur. iud. idem Iaso. in sub. s. cramento puberum. num. 57. ut interim mirer, cur idem Mauritius c. 114. dubitauerit. & c. 47. contrarium probauerit, allicuerans, id passim determinari.

Septimo est in eadem quæstione obseruandum, non esse hoc in iudicio summario admittendos defectus aduersus testes productos: saltem ut fiat eorumdem defectuum, & obiectionum probatio. quemadmodum deducitur ex cap. veniens in 2. de testib. cuius autoritate adnotant ibi Ioann. Andr. Abb. Imo. col. 3. Felin. numer. 13. post Anton. & alios, quod in causa summaria cognitio, maxime ubi agitur de præiudicio, quod possit per sententiam definitiuam tolli, non admittitur reprobatio testium, nec est admittendus quis ad probandum defectus contra testes ab eodem obiectos. Idem probant Roma. in singul. 283. Lanfranc. Orrianus in c. quoniam contra. de probat. in verb. testium. nu. 83. simili fere ratione quo ad legem Toleti [ hodie l. 2. tit. 21. lib. 5. Recopil. ] latam de restitutione agrorum communium alicuius ciuitatis statuit ad Regia l. 4. tit. 3. lib. 7. ordi. [ hodie l. 3. tit. 7. lib. 7. Recopilat. ] cuius meminit ad hoc Petrus Amandianus in tractat. de executioe mandatis. cap. 14. nu. 14. in specie autem huius nostri interdicti, non tractatur, quis debeat possidere adhuc lite pendente, sed quis debeat esse in possessione lite pendente. Aliud vero est possidere, aliud in possessione esse, l. si quis ante. ff. de acquit. posses. præsertim quia per definitiuam sententiam reparatur hoc præiudicium. Sic denique in materia nostri interdicti respondit iuxta præmissam opinionem Ant. Capic. in Neapol. decision. 55. scribens, ita fuisse in supremo illius regni tribunali pronunciatum. Ex quo ipse liberiter infero, quod ubi summarim tractatur de præiudicio Aliments & Expensis litis alicui lite pendente, erit circa testium reprobatōnem & similia seruandum, quod modo de hoc interdicto explicauimus. Nam & hæc causa incidens est ac summarie tractari solet, & ideo si testes ad summariam cognitionem fuerint producti, non sunt admittendi aduersus eos vlli defectus, ut saltem probatio adiectionum minime fiat.

Octauo ad huius rei faciliorem definitionem, & ut quietè, ac tranquille litigantes ius suum prosequantur, praxis obtinuit in hoc Regio ac supremo tribunali, quod si ab interlocutione huius interdicti causa pronuntiata, fuerit supplicatum, nulla detur in hoc supplicationis iudicio ad probandum dilatio. Satis enim est ad summariam cognitionem semel datam fuisse Dilationem ad probandum, alioqui esset huius causæ examen omnino plenarium, & ordinariæ cognitioni simile.

Nono ubi ad huius interdicti pronunciationem producerentur in iudicio Instrumenta, & scripturæ aliquot, non est admittenda cōtradictio, nec accusatio Falitatis ad impediendam interlocutionem istam, quæ summarim pronunciarum debet super hoc interdicto: quemadmodum expressim tradit Masuerus in pract. tit. de posses. numer. 25. nisi secundum eum esset aliqua euidentis suspitio, quæ facillime posset examinari.

Quod si ageretur in iudicio de possessorio interdicto vere ac principaliter, tunc admittendi forent defectus & obiectiones contra testes, atque earum probatio. Nam etiam si causa possessoria sit summarim expedire nihilominus admittuntur obiectiones contra testes, & earum probatio auctore Bart. in extrinsec. ad repimendum. in verb. summarie. A. retin. d. cap. veniens. 7. & 8. col. de testib. tex. opt. in c. presentium. de testib. & vers. testes.

Decimo est optime inquirendum, an ad effectum obtinendi in hoc interdico lite pendente sufficiat possessio illa civilis, que traditur in *l. clam. poss. dere. §. qui ad nudum. ff. de acquir. poss. & profecto, hanc possessionem non sufficere quoad istum effectum tenent Guid. Pap. q. 552. Rebuffus super leges Regias 3. Tomo. tit. de possessio. materi. art. 2. gloss. 2. & gl. 3. & tamen hi authores loquuntur quoad consuetudinem regni Francie: vbi non potest agere quis ad possessionem, vt ipsi dicunt, ex causa nouitatis, que est similis nostro interdico. contra eum, qui per annum & diem possederit, etiam naturaliter, ac de facto. Quod & Ioa. Faber notat, in d. §. retinenda. Sed & Malluerus in pract. tit. de possessio. n. 43. versum pro sola. tradit, non sufficere ad causam nouitatis detentionem: imo requiri possessionem ex supradictis, vt ipse intelligo, civilem, & naturalem.*

Ego vero animaduerto, hoc ideo procedere, quia alter contra quem agitur, est in possessione naturali, que ab eo non est reuocanda lite pendente: sed erit agendum contra illum interdico ordinario, & possessiois: nempe, vt de vi, aut, vii. poss. dicitur. Hoc enim dicitur ratio, que ex litis pendente priuilegio deducitur. At si quis habeat civilem possessionem tantum, non nudam naturalem, poterit hoc interdico petere pendente lite aduersus eum, qui non est in reru corporaliu possessione. Exemplum traditur in possessione, que ex lege Gallie & vsu transferitur in heredem absque apprehensione: atque ita re ista intellexere idem Guid. Pap. q. 552. col. 2. Paul. Paris. cons. 4. lib. 1. col. 4. verb. nec audiendi sum. quem sequitur And. Tiraq. in tract. de mort. saise le vis. part. 6. de cl. 9. quod erit icidè obseruandum ad l. 45. Tauri. [hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. eius ipse memini, aliquot eius interpretationes exponens lib. 3. Variarum Resolut. cap. 5.

Sic sane quicquid Malluerus scribat, ipse etiã detinentè tantu aliquã rem defendere hoc interdico, pendente lite: potissimũ ex ratione Iurif. cons. in l. Ar. ibi. & ibi Paul. Cast. ff. de don. & l. off. iur. ff. de rei vend. quia hoc interim dicitur, non tam respicit propriam & verã possessionem, quã statum illum rei, qui erat tempore motæ litis, aut paulo ante. Quod perpendere diligentissime debet, quicunque hac in controuersia interloquutus sit, & propriã publica authoritate dicitur sententiam. Solet enim varia hac in re contingere questionum disputatio.

Undecimo est animaduertendum hoc interdico, quo in praxi vtitur, obtinere vim, vt lite pendente vtatur quis possessione, quam habet, nec in ea turbetur, etiam si contra eum pro parte aduersa sit presumptio iuris communis. Ita equidem in iure pacendi & eius quasi possessione alieno prædico quod liberum presumitur ab hac seruitute, notat eleganter Anto. Capic. de cis. Neap. 189. asseuerans sic in illo Regio prætorio pronunciatum fuisse. Cui sententiæ suffragatur quod optime not. Panorm. in c. i. de lite pend. col. 1. vbi scribit, non esse quem turbandum lite pendente in possessione, quam habet, etiam si ei resistat iuris communis presumptio, citat Panorm. ad hoc Innoc. ibi & asserit Dd. eum eo communiter transire. Hæc enim sunt eius verba numer. 8. hoc ipsum probari videtur ex text. in d. cap. 1. & rursus authoritatè Innoc. in c. cum venissent. col. 3. de resist. in integ. qui sentit sufficere possessionem absque bona fide, vbi agitur interdico, vt de vi, aut interdico, vii. poss. dicitur. Verum opinionioni, quam tradit Anton. Capic. obstat text. in cap. cum persona. de priuileg. in 6. qui probat, non esse quem defendendum in possessione quam habet refragante presumptione iuris communis, donec præscriptionem sufficientem probet & legitimam, nisi ostenderit, & exhibuerit titulum saltem idoneum ad præscribendum. Ergo qui iuris communis presumptionem in sui fauorem habet, eo iure vti poterit, etiam aduersus possessorem, nisi titulus idoneus ad preferendum fuerit exhibitus. Cui authoritatè respondet Capic. eam intelligendam fore, vbi tantum agitur absq. summaria probatione possessionis: quod si probetur summam in possessione, tunc inquit, non erit locus decisioni text. in d. cap. cum persona. Imo poterit ex hac summaria cognitione decerni hoc interdico. Hanc interpretationem sic idem author confirmat vt tandem asserat text. illu procedere pendente iudicio ordinario, nondũ præmissa cognitione summaria possessionis. Que quidem interpretatio mihi non omnino placet, nam id in cap. cum persona. §. penult. & vltim. satis præmittitur, non sufficere possessionem absque probatione tituli, utcumque ad præscriptionem idonei, quoties præ-

sumptio iuris communis obstat possidenti. Idcirco tria vel quatuor hac in dubitatione, exponam, vt tandem possit vera resolutio deduci.

Primum vbi de iuribus ad principem iure communi pertinentibus agitur, & quoties pro principe presumptio iuris: tunc sane non est locus huic interdico ex summaria possessionis probatione, nisi probetur titulus aliquis, qui valeat elidere saltem ad effectum huius interlocutionis, presumptionem iuris communis. Et enim Rex nusquam litigat sine possessione in his, quæ sibi vt Regi, summo iure conceduntur: vt scribit Petrus Rebuff. in d. tractat. de materia poss. art. 2. gl. 2. nu. 26. & sequent. cui accedit quod nos tradidimus lib. 1. Variar. Resol. c. 16. num. 11.

Secundo oportet animaduertere, quod & si presumptio iuris communis sit contra possidentem, & agente hoc interdico, & requiratur titulus ad iustificandam possessionem iuxta responsonem Pontificis in d. c. cum persona. erit satis sufficiens titulus aliquis presumptus, qui robur addat ipsi possessioni text. optim. in d. c. cum venissent. de institut. ex quo id notant Panorm. 2. col. & Franc. in d. c. cum persona §. vltim. col. 1.

Tertio, quoties contra possidentem est presumptio iuris communis simplex quidè: vt in iure pacendi, de quo tractat Neapolitana decisio, opinor nõ esse negandũ hoc interdico, quod vetat lite pendente mutari possessionem. Hoc apertius fiet, si quis obseruauerit ea, quæ ipsi adnotauimus lib. 1. Variarum Resolutio. cap. 17. num. 7. non enim censeretur debet sufficiens ad perturbandam quasi possessionem alterius lite pendente, presumptio illa iuris communis, quæ cuiusque rei priuatæ libertatem fouet, & defendit à reali, vel personali seruitute.

Quarto non sic respondendũ erit, vbi possidenti resistit valde vehemens iuris communis presumptio, que publice authoritatè fauere ac patrocinari videtur, sicuti constat in exemplis traditis à summo pontifice in c. 1. de prescript. in 6. & in d. c. cum persona. sed fortassis quispiam ita constanter conabitur defendere hanc vndecimam conclusionem, vt plane alleueret locum esse huic interdico, etiam in hoc casu: quasi Pontificia decisio in d. cap. cum persona. non obtineat lite pendente, quod ad istam interlocutionem: qua ratione admonendum censeo, etiam si hæc admittatur opinio, perpendam esse possessionem eiusque antiquitatem, & adimnicula, vt non temere pronuncietur aduersus iuris communis presumptionem.

Duodecimo merito in hac controuersia queritur, quid sit agendum vbi vterque litigator probauerit se possidere temporæ motæ litis, & possidisse: Oritur enim dubium, cui probationi sit standum: & sane regulariter ille præferendus erit, qui antiquiorem possessionem probauerit. cap. licet causam. de probationib. tradidit Bart. in l. si duo. in princ. col. 2. ff. vii. poss. idem in l. 1. col. pen. C. eod. tit. Bal. in l. ordinarij col. 4. C. de rei vendic. Paul. Cast. in d. cons. 3. col. 3. Multaque sunt in hac questione consideranda, vt iudex percipiat quæ probatio sit potior ad hoc interdico, explicarunt eleganter Dec. num. 9. Et Augustinus Bero. nu. 45. in d. c. licet causam. & an sufficit probari olim quem possidisse, vt presumatur tempore litis motæ possidere ad effectum huius interlocutionis, ipse scripsi in reg. possessor. de reg. iur. in 2. part. §. 1. nu. 4. Nam in incorporalibus est probare possessionem certi temporis: & proximi ante litem motam: vt censer Ioan. Faber in §. retinenda. nu. 23. Instit. de interdico. & in rebus corporalibus etiã sufficere possessionis probatio, quæ tempore turbationis obtinebatur, vt hinc presumatur possessio tempore litis, & contestationis. quod in Regio Neapolitana prætorio receptum esse asseuerat Mattheus de Afflic. decis. 394. nisi alter probauerit, se medio tempore possidisse.

## CAPVT XVIII

De testibus hoc in loco traduntur alii quot, quæ præ oculis habere debent iudices.

## SUMMARIUM

1. Testis an sit repellendus à testimonio ob vilem eius opinionem, & infamiam facti
2. Qui Clericus esse non potest, an sit admitterendus in actum contra clericum in criminalibus?